_lettera_N_0278
Al chierico Giovanni Turchi
Fili mi,
*Lancei taurinensis, 23 julii 1856
Bene fecisti ad me scribere; melius in litteris quam in verbis intima cordis panduntur. Quoad vocationem tuam perge qua cepisti. Nota perge eo quod dimi:; dium facti, qui bene cepit, habet.
In tua epistola multa promittis, quae praematura pertimesco; sin autem ex corde dicis, videbis de te, quae ne tua quidem in mente revolvis experimentum docebit nos.
At stude humilitati, et modestiae, praebe te ipsum exemplum bonorum operum, ut bonum testimonium habeas de iis qui foris sunt et, sic bonus odor Christi efficiaris in vitam aeternam.
Amici tibi salutem dicunt: vale.
In Domino Sac. Bosco Joannes